

BENEDICTION OF THE BLESSED SACRAMENT

Opening Hymn:

O salutaris Hostia p. 191

Other Hymns in Honor of the Blessed Sacrament:

Adoro te devote p. 174

Ave verum Corpus p. 178

Ecce panis Angelorum p. 186

O panis dulcissime p. 189

Panis angelicus p. 196

Hymn before the Blessing:

Tantum ergo p. 195

☿. Panem de cælo præstitisti eis. (Allelúia.)

℞. Omne delectaméntum in se habéntem. (Allelúia.)

Orémus: Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti: † tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguini tui sacra mystéria venerári; ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. ℞. Amen.

☿. Thou hast given them bread from heaven. ℞. Containing in itself all sweetness. Let us pray: O God, under a marvelous sacrament Thou hast left us the memorial of Thy Passion; grant us, we beseech Thee, so to venerate the sacred mysteries of Thy body and blood, that we may ever perceive within us the fruit of Thy redemption. Who liveth and reigneth, world without end. Amen.

The Divine Praises

Blessed be God.

Blessed be his Holy Name.

Blessed be Jesus Christ, true God
and true Man.

Blessed be the Name of Jesus.

Blessed be his most Sacred Heart.

Blessed be his most Precious
Blood.

Blessed be Jesus in the most holy
Sacrament of the Altar.

Blessed be the Holy Spirit, the
Paraclete.

Blessed be the great Mother
of God, Mary most holy.

Blessed be her holy and
Immaculate Conception.

Blessed be her glorious
Assumption.

Blessed be the name of
Mary, Virgin and Mother.

Blessed be St. Joseph, her
most chaste spouse.

Blessed be God in his Angels
and in his Saints.

Hymns after the Blessing:

Cor Jesu sacratissimum p. 185

Adoremus in æternum, *Ps.* Laudate Dominum p. 173

Te decet laus p. 200

Christus vincit p. 179

ROSARY PRAYERS IN LATIN

✠ In nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti. * Amen.

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus et sepúltus. Descéndit ad ínferos, tértia die resurréxit a mórtuis. Ascéndit ad cælos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis. Inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. * Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiόnem, vitam ætérnam. Amen.

Pater noster, qui es in cælis: sanctificétur nomen tuum; advéniat regnum tuum; fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. * Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie; et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et ne nos indúcas in tentatiόnem; sed líbera nos a malo. Amen.

Ave María, grátia plena, Dóminus tecum, benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui, Jesus. * Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto. * Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Dómine Jesu, * dimítte nobis débita nostra, salva nos ab igne inferióri, perduc in cælum omnes ánimas, præsértim eas quæ misericórdiæ tuæ máximæ índigent. Amen.

Salve Regína, * mater misericórdiæ: Vita, dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te clamámus, éxsules, fílii Hevæ. Ad te suspirámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eia ergo, Advocáta nostra, Illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte. Et Jesum, benedíctum fructum ventris tui, nobis post hoc exsílum osténde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo María.

Ÿ. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.

℞. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus: Deus, cujus Unigénitus, per vitam, mortem et resurrectiόnem suam nobis salútis ætérnæ præmia comparávit: concéde, quæsumus: ut, hæc mystéria sanctíssimo beátæ Mariæ Virginis Rosário recoléntes, et imitémur quod cóntinent, et quod promíttunt, assequámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.